

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

### **Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum**

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.  
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus  
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot  
Eruditorum desideriis adhuc expetitum

**Chemnitz, Martin  
Leyser, Polycarp  
Gerhard, Johann**

**Hamburgi, MDCCIII**

**VD18 90617681**


Illustrationen

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18203**

EFFIGIES REVERENDI PL. AMPLISSIMI ATQUE EXCELLENTISS: VIRI, D<sup>n</sup>. POLYCARPI  
LYSERI S S. THEOL. DOCTORIS CLARISSIMI, NEC NON SEREN. ELECTORIS SAXONIAE  
a CONCIONIB<sup>US</sup>, PRIMARIIS, CONFESIONIB<sup>US</sup> SACRIS ac CONSILIIS ECCLESIAS: nat. A<sup>c</sup> C. 1552. i<sup>g</sup>. mortu<sup>i</sup> Denali 1610. 22. J<sup>u</sup>



Suevia quem genuit, veneratus Saxo docentem est, | Facundum os, mentemq; gravem pictura videtur,  
Dadala LYSERUM scripsit in cere manus. | Sed melius poterunt aurea Scripta loqui.  
Augustus Buchnerus.



DECANUS . SENIOR . CÆTERIQUE  
DOCTORES ET PROFESSORES COLLEGII THEO-  
LOGICI IN ACADEMIA WITTEBERGENSI LECTORI  
BENEVOLO

ΣΥΝΕΣΙΝ ΕΝ ΠΑΣΙ!



Vemadmodum in universâ Scripturâ Veteris & Novi Testamen-  
ti , nihil pretiosius , nihil jucundius , nihil utilius occurrit Historia  
Evangelica Nativitatis , Vite , Concionum , Passionum , Mortis , & Resurre-  
ctionis Domini Iesu ; ita nullum est dubium , studium , quod ejus impendi-  
tur scrutinio & interpretationi , omnium quæ in orbe sunt , esse dignissi-  
mum , suavissimum , utilissimum . Hi enim Scriptores sacri , Evangelistæ , Ireneo ju-  
dice , sunt quatuor venti principales , omnia perflantes & quatuor columnæ Ecclesiæ fir-  
missimæ , l. 3. adv. hær. c. XI. Quoniam quatuor Regiones Mundi sunt , in quo sumus , & qua-  
tuor principales Spiritus , & disseminata Ecclesia super omnem terram , columna autem & firma-  
mentum Ecclesiæ est Evangelium & Spiritus vita , consequens est , quatuor habere eam columnas , un-  
dique flantes incorruptibilitatem & vivificantes homines . S. Hieronymo , T. III. Oper. Epist. ad  
Paulin. p. 9. quatuor illi Amanuenses sacri sunt Quadrige Domini & verum Cherubin , quod in-  
terpretatur Scripturae multitudo , per totum corpus oculati sunt , scintille emicant , discurrent fulgura ,  
pedes habent rectos & in sublime tendentes , terga pennata & ubique volantia . Tenent se mutuò , sibi & per-  
plexi sunt , & quasi rota in rotâ volvuntur , & pergunt , quocunq; eos flatus sancti Spiritus duxerit . S. Augu-  
stino , l. 1. de consens. Evang. C. VII. & XXXV. Evangelistæ & quadrige sanctæ sunt , quibus  
vectus Dominus subegit populos & manus Domini . Quicquid Dominus de suis diebus & factis nos  
legere voluit , hoc scribendum Evangelistis tanquam suis Manibus imperavit . Huic Sacratissimæ  
Historiæ plurimi Ecclesiæ Doctores jam olim operam navarunt maximam , alii quoad  
Harmoniam Relationum , ac circumstantiarum conciliationem & cagmentationem , quo  
nomine , celebrantur in Antiquitate τὸ Διὰ τεσσαροντάτιαι , unum è quatuor Ammonii Ale-  
xandrini , Theophili Antiocheni , ut & Victoris Capuani Episcopi Harmonia , B. Augustini libri de con-  
fensi Evangeliistarum , &c. alii quoad Evangelistarum explicationem , & commentariis ,  
annotationibusve factam illustrationem , utpote B. Ambrosius , Hilarius , Hieronymus , Cyrillus  
Alexandrinus , Beda , Euthymius , aliiq; in catenâ in Lucam & Johannem Baltb. Corderii , &c. quo-  
rum industriad secuti sunt ex Orthodoxis B. Lutherus , Brentius , Chytraeus , Osander , Wigandus ,  
Egidius Hunnius , Christopherus Pelargus tum adhuc noster , Winkelmannus , Paulus Tarno-  
vius , Vinariensis Theologi , Cluverus , aliiq; item partium heterodoxarum non pauci , sed im-  
pari dexteritate , sive Pontificiis , Bonaventura in Harmoniâ , Job. Gerson in Monotessaro , Corne-  
lius Jansenius in concordia Evangelicâ , Sebastianus item Barradius , nec non Tostatus Abulensis ,  
Cajetanus , Johannes Ferus , Ioleitus , Didacus Stella , Maldonatus , Pererius , Cornelius à Lapide , Aloysius  
Novarinus , &c. sive Reformati , Zwinglius , Oecolampadius , Calvinus , Beza , Cruciger , Pelicanus , Da-  
neus , Junius , Hemmingius , Rollocus , Aretius , Musculus , Marloratus , Piscator , Pareus , Tossanus , Heinsius ,  
Ludov. de Dieu , Camero , Capellus , Interpretis Bibl. Belgic , sive qui peculiarium Sectarum vexila-  
la erexere utpote Erasmus , Andreas Osander , Flacius , Hugo Grotius &c. sed omnibus istis pal-  
mam , nostro judicio , facile dubiam reddit Harmonia Evangelica trium prælustrium Ecclesiæ lumi-  
num & columnum , ab incomparabili Dn. D. CHEMNITIO inchoata , per eminentissimum Theologum  
Dn. D. POLYCARPUM LISERUM continuata , manuq; felicissimâ Magni GERHARDI Nostrî ad  
finem perducta . Quod opus , sive συνεσία & coagmentationem Historiæ Harmonicam ,  
sive dictorum factorum βιβλίον , & commentarium Evangelicum ex intimis quasi ver-  
borum thalamis erutum , sive doctrinarum è textu fluentium συλλογὴν τὸ Διὰ τεσσαροντάτιαι ; inser-  
tam respiciamus , omni Laude dignissimum , uti nostro præconio non indiget , ita omni-  
bus Verbi Dei Cultoribus , S.S. Theologiæ & Ministerii Candidatis id ceu Thesaurum Ev-  
angelicum auro & gemmis contrâ pretiosum serio commendamus . Quapropter præcla-  
rè meretur de Ecclesiâ Vir Spectatissimus Dn. ZACHARIAS HERTELius Bibliopola Ham-  
burgensis , dum novâ elegantissimâq; editione opus istud Harmonievita iterum in Lucem  
produxit ; Quæ cum Hæredum B. GERHARDI consenu & recognitione prodeat , omni-  
bus  
Harm. Tom. I.

§

bus